

patimur. **N**one forte deficiamus? Absit. **M**irabilis in excelsis dominus. Ideo et ibi cum dicitur: **U**t in me paces habeatis: in mundo autem pressuram: quasi diceret: **P**utas non premet nos mundus et extinguet nos: statim subiecit: **S**ed gaudete: quia ego vici seculum. **S**i ergo ait: ego vici seculum: adherete illi qui vicit seculum: qui vincet mare. **G**audete ad eum quia mirabilis est in excelsis dominus: et testimonia tua credita facta sunt nimis. **E**t quid factum est de his omnibus? **D**omum tuam decet sanctificatio domine. **D**omum tuam: totam domum tuam: non hic: aut hic: aut ibi: sed domum tuam: tamen per totum orbem terrarum. **Q**uare per totum orbem terrarum? **Q**uia correxit orbem terre qui non commovebitur. **B**onus domini fortis erat: per totum orbem terrarum erit. **M**ulti cadent: sed domus illa stat. **M**ulti turbabunt: sed domus illa non movebitur. **D**omum tuam decet sanctificatio domine. **N**umquid parvo tempore: Absit. **I**n longitudine dierum.

Explicit Tract. de ps. XCII.

Incipit Tract. de ps. XCIII.

**S**icut intencissime audiuimus cum psalmus iste legeretur: ita intente audiamus: cum reuelat dominus quod hic dignum est operare mysteria. **A**d hoc enim clauduntur quidam sacramenta scripturarum: non ut denegetur: sed ut pulsantibus aperiantur. **S**i ergo affectu pio et sincera cordis caritate pulsatis: ille aperiet quod videt vobis pulsatis. **N**otum est nobis omnibus atque vniuersam de numero eorum non sumus: multos murmurare aduersus dei patientiam et dolere iniquos homines et impios: vel viuere in hac terra: vel etiam plurimum posse: et quod est amplius plerumque plurimum posse malos aduersus bonos: et sepe malos premeri bonos: malos exultare: bonos laborare: malos superbire: bonos humiliari. **A**t attendentes talia: in genere enim humano abundat: peruertunt impatientes et infirmi animi: quasi frustra sint boni: quia deus auertit: vel auertere videtur oculos suos a bonis operibus piorum et si delictum: et augere malos in his que diligunt. **P**utantes ergo infirmi frustra se bene viuere: aut inuitant ad imitandam maliciam eorum quasi quasi si florere aspiciunt: aut si per infirmitatem: vel per sone sue vel animi: timet male facere: ne aliquid illis secundum leges seculi mali accidat: non quia iusticiam diligunt: sed ut dicam apertum timetes danari inter homines vel ab hominibus: abstinere se quidem a factis malis: sed non se abstinere a cogitationibus malis. **E**t in cogitationibus

eorum iniquis precipue caput iniquitatis illa tenet impietas: quia videtur eis deus negligere et non curare res humanas: et aut equaliter habere bonos et malos: aut etiam quod est perniciosius cogitare insectari bonos: male fauere. **Q**ui talia cogitat: et si nihil mali alicui faciat: facit plurimum sibi: et in semetipsum impius est: et iniquitate sua non ledit deum: sed interficit se: neque nocet hominibus: quia timidi sunt qui talia cogitant: sed tamen homicidia eorum: ad altera eorum: fraudes et rapinas eorum videtur deus: et punit in cogitationibus eorum. **Q**uid enim velint: ille attendit cui oculus non repellitur carne: ut non videat voluntatem. **T**ales si occasiones inueniant non mali fiunt: sed manifestant non ut sentias quid natum sit manifestum: sed ut intelligas quod latebat inclusum. **P**aucis his annis et prope lxxvmo die viderunt hec homines: et probauerunt etiam qui tarde intelligunt. **E**rat enim hic vna domus potentissima ad tempus: de qua flagellus fecerat deus generi humano: et castigatus est inde genus humanum: si cognoscat flagellum patris et timeat sententiam iudicis. **C**um ergo esset hic eadem domus magna: multi sub illa gemebant: murmurabant: reprehendebant: detestabant: blasphemabant: quod se artant homines et dantur diuino illo iudicio multi in concupiscentias cordis sui: subito euergebant ipsam domum illi qui murmurabant de ipsa domo: et ab eis talia homines patiebant: quia se pati ipsi a talibus paulo ante querebantur. **B**onus ergo ille est qui et quando potest mala facere non facit: de quo scriptum est: **Q**ui potuit transgredi et non est transgressus: et facere mala et non fecit. **Q**uis est hic et laudabimus eum. **F**ecit enim mirabilia in vita sua. **L**oquatur scriptura de potentibus innocentibus. **E**t lupus enim tamen vult nocere quantum leo: dissimiliter nocet: sed non dissimiliter cupiunt. **L**eo enim non solum premit canem latrantem: sed etiam fugat: et venit ad ouile: et obmutescunt canibus rapit quod potest: lupus non audet inter latratum canum. **N**ihil quid propterea quod si potuit auferre a canibus terram innocentior remeavit. **B**ocet ergo deus innocentiam ut quisque innocentior sit: non timore pene: sed amore iusticie. **T**unc enim liber est innocens: et verus est innocens. **Q**ui autem timore innocens sit: non est innocens: quis non noceat cum vult nocere. **N**on enim nocet alteri profectum malum: si sibi plurimum per cupiditatem malum. **N**am quod sibi noceat: audi scripturam. **Q**ui autem amat iniquitatem odit animam suam. **E**t reuera multum errant homines qui putant iniusticiam suam alijs nocere et sibi

Alia lra.  
et sanctitudo.

nō nocere. **A**d alios pcedit iniqtas cuiuslibet vt corpi noceat: vt rē familiarē ledat: vt villā inuadat: vt mācipiuz abducatur: vt auruz auferat: aut argentū: vel si qd aliud possidet: ad h̄ pferit illa iniqtas ad alterū: Ergo iniqtas tua alieno corpi nocet: tuo aīo nō nocet: **C**ōtra istā simplicē veracē doctrinā q̄ insinuat hoīb⁹ bonis: vt ipsā iusticiā diligāt: z ex ea placē deo velint: ab illa intelligāt luce quadā itelligibili pfundī aiām suā: vt faciāt iusta opa: z illā lucē sapiētie oībus q̄ in sc̄lo diligunt pponāt. **C**ōtra istā doctrinā talia murmura sūt hoīm: z si si pcedūt i voce rodūt in corde. **Q**uid q̄ dicūt: **E**tere placitur⁹ sum deo p iusticiā: **A**ut isti illi placēt: sub cuius imperio malī tanta mala committunt z nihil illis euenit mali: **A**ut si forte euenit aliqd mali: qd sibi dicūt illi cū eis ceperis dicere: **E**cce quāta fecit mala: quō illi redditū est: q̄lē exitū habet: **I**ncipiunt illi cogitare iustos quibus mala euenerūt: z opponūt nobis z dicūt: **S**i illi p̄pterea mali accidit aliqd qz iniqu⁹ fuit: illi q̄re accidit qui taz iuste vixit: **Q**ui elemosynas tātas fecit: qui tā multa bona opatus ē in ecclesia: q̄re talē sortē inuenit: **Q**uare talē exitū habuit qualē ille homo qui multa iniq̄ cōmisit: **A**d hoc autem ista dicūt: vt ostendāt se p̄pterea nō facere mala: qz nō possunt: aut qz nō audent. **N**ā qd velit cor: lingua testat. **E**t qdem etiā si lingua obmutesceret: z ipsa timore compressa esset: deus videret intus quid cogitaret homo: si etiā alium hominē lateret. **F**acitas ergo cogitationes hoīm tales aut etiā erūpētes in verba vel facta curat iste psalmus si curari velint. **I**ntendāt q̄ z curenē: **A**teq̄ vtinā in hac multitudine tota q̄ nūc est inter istos parietes: z audit p nos vbus dñi nulla sint talia vulnera q̄ curenē: vtinā nulla sint: nō tñ rem supflūā facimus dicē: si nulla ibi sunt vulnera. **I**nstruātur corda ad sanādos alios cū audire talia ceperint. **C**redo em̄ qz vnusq̄sq̄ christian⁹ cū audierit aliquē dicentē talia: si bon⁹ fidelis est: z bñ credit deo: z spes ei⁹ est in futuro sc̄lo: nō in hac terra: nō in hac vita est: z nō frustra audit vt sursū cor habeat: irridet z dolet talia murmurātes: z dicet sibi: **d**e nouit quid agat: nos nō possumus nosse psiliuz ipsi⁹: q̄re parceret malis ad t̄ps: vel quare laborāt boni ad t̄pus: sufficit tñ mihi hoc scire: qz z ad tempus laborat bonus: z ad tēpus floret malus. **Q**ui ergo talis est secu-

rus est: z patienter fert oēs felicitates malozū: z labores bonozū patienter fert: tolerat donec finiat hoc seculū: donec trāseat iniqtas. **N**ā talis beatus est: z erudiuit euz de⁹ de lege sua: z mitigauit eū a dieb⁹ malignis: donec fodiat peccatori fouea. **Q**ui vero nondū est talis: audiat per nos quod dñs placet: **P**lura aut ipse dicat in corde qui meli⁹ videt vulnus qd curret. **P**salmus hunc habet titulū: id est hanc inscriptionē. **P**salmus ipsi **D**avid quarta sabbati. **D**octur⁹ est psalmus iste patientiā in laboribus iustozū: cōtra iniq̄orum felicitates patientiā docet: patientiaz edificat: hoc habet totus a capite vsq̄ in finem. **Q**uare ergo talem habet titulum in quarta sabbati: **U**na sabbati: dies dominicus est: secūda sabbati. secūda feria: quē seculares dicm lune vocant. tertia sabbati: tertia feria quē diem illi martis vocant. **Q**uarta ergo sabbatorū: quarta feria qui mercurij dies dicitur a paganis: z a multē christianis: sed nollemus vt dicāt: atq̄ vtī naz corrigātur vt nō dicāt. **S**ic em̄ habent linguā suā qua vtantur. **N**on em̄ z in omnibus gentibus ista dicuntur. **M**ulte gentes alie atq̄ alie aliter vocant. **M**elius ergo de ore christiano ritus loquendi ecclesiasticus procedat. **T**amen si quē forte cōsuetudo traxerit: vt illō exeat ex ore quod improbat corde: intelligat illos omnes de quozū nominib⁹ appellata sunt sidera homines fuisse: nec ex eo esse cepisse ista sidera in celo: ex quo illi ceperūt: z ante ibi fuerūt: sed p beneficia quedā mortaliū mortalia illi homines p tempore suo: quia plurimū potuerūt z eminuerunt in hoc seculo cum cari essent hominib⁹: nō p̄pter vitam eternam: sed propter cōmodum temporale deferebantur eis diuini honores. **V**eteres enim seculi decepti: z decipere volentes: in eoz adulationē qui sibi aliquid fm amorem prestitissent sidera ostendebāt in celo dicentes: q̄ illius esset illud sidus z illud illius. **H**oīes autē qui ante nō aspexerāt vt viderēt: qz ibi erāt z illa sidera aīq̄ nascerētur: decepti crediderunt: z pcepta est opinio vanitatis. **H**ac opinionē erroris diabolus cofirmauit: christus euertit. **N**os ergo fm quod loquimur quarta sabbatorū: quartus dies intelligitur a die dominica. **A**tendat itaq̄ caritas vestra qd sibi velit iste titul⁹. **H**inc grāde mysteriū: z reuera occultū. **N**am pleraq̄ ipsi⁹ psal-

mi manifeste sonat: et manifeste mouent: et cito intelliguntur. **H**ic autem titulus quod fatendum est habet non parum obscuritatis: sed adierit dominus et serenabit nubili: et videbitis psalmum: et ex fronte psalmi cognoscetis eum. **I**n fronte enim habet psalmus iste: psalmus ipsi David quarta sabbatorum. **I**n lumine est titulus: in postibus fixus est: **G**loria hodie titulum cognoscere: et sic domum intrare. **R**ecolamus ergo scripturam sanctam in genesi. primo die quid sit factum: inuenimus lucem. secundo die quid sit factum: inuenimus firmamentum quod appellauit deus celum. tertio die quid sit factum: inuenimus speciem terre: et maris: et segregationem: ut omnis congregatio aquarum vocaretur mare: et arida vocaretur terra. **Q**uarto die luminaria fecit deus in celo solem in potestatem diei: lunam et stellas in potestatem noctis: hoc quarto die fecit. **Q**uid sibi ergo vult quod de quarto die accepit psalmus titulum: **I**n quo psalmo docetur patientia aduersus felicitates malorum: et labores bonorum. **H**abes Paulum apostolum dicentem sanctis fidelibus roboratis in christo: **O**mnia facite sine murmuratione et disceptatione: ut sitis irreprehensibiles: et sinceres: immaculati filii dei in medio nationis tortuose et puerse: in quibus apparetis sicut luminaria in mundo verbum vite habentes. **S**imilitudo de luminariibus data est ad sanctos: ut sine murmuratione sint in natione tortuosa et puerse. **S**ed ne quisquam propterea putet colenda esse et adoranda luminaria celi: quia inde aliqua similitudo ducta est ad significationem sanctorum: prius hoc explicemus in nomine christi: quod non sit consequens ut propterea tibi videatur adorandus sol: aut luna: aut stelle: aut celum: quia aliqua de illis similitudo ducta est: qua significarentur sancti: quia multa sunt de quibus ducta est similitudo ad significandos sanctos que non adorant. **S**i enim quicquid est vestri similitudo ducitur ad sanctos: adorandum tibi putas: adora montes et colles: quia dictum est: **M**ontes exultauerunt velut arietes: et colles velut agni ouium. **T**u de sanctis dicis: ego de ipso christo dico. **A**dora leonem: quia dictum est: **E**xit leo de tribu Iuda. **A**dora petram: quia dictum est: **P**etra autem erat christus. **S**i autem non adoras in christo ista terrena: quis de illis similitudo quedam data est ad significandos sanctos: de quacumque creatura ducta fuerit similitudo: tu intellige similitudinem creature: et

adora artificem creature. **D**ictus est sol dominus noster Iesus christus: numquid iste sol quem et minutissima animalia nobis cum videtur? **S**ed de quo dictum est: **E**rat lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. **N**am lux ista non hominem solum illuminat: sed et iumenta et pecora et omnia animalia. **Q**uod autem illuminat omnem hominem: in corde illuminat: ubi intellectum solum habet. **I**ntelligat ergo caritas vestra quibus dixit **A**postolus: in natione tortuosa et puerse: id est inter iniquos in quibus apparetis sicut luminaria in mundo verbum vite habentes: quod dominus admonuit nos: et istum psalmum intelligere et peroscere titulum ipsius. **T**ales enim sancti in quibus est verbum vite de conversatione quam habent in celo: despicunt omnia iniqua que sunt in terra. **E**t quod luminaria in celo per diem et per noctem procedunt: pagant itinera sua: cursus suos certos habent: et committunt tanta mala: nec deuiant de super stelle fixe in celo: agentes per tractus celestes que illis presunt et constituit creator ipse sol: sic debent sancti: sed si in celo figant corda eorum: si non frustra audiant et respondeant sursum se habere cor: si imitent eum qui ait: **N**on frustra autem conversatio in celis. **Q**ui ergo sunt in supernis: et de supernis cogitant: sicut dictum est: **U**bi est thesaurus tuus ibi et cor tuum: de ipsis cogitationibus supernorum patientes fiant: et quicquid in terra committitur: sic non curant donec peragant itinera sua: quemadmodum dum non curant luminaria celi: quod excrescat dies et noctes: quis tanta mala videant fieri super terram. **S**ed facile est forte: ut ferant iusti iniquitates malorum que non in ipsos sunt: sic ferunt et que in ipsos sunt. **N**on enim propterea debent ferre et tolerare: quia in alios sunt: et si in se fiant: non debent perdere tolerantiam. **N**am qui perdiderit tolerantiam: cecidit de celo. **Q**ui autem fixum habet cor in celo: terra ipsi laborat in terra. **Q**uanta et de ipsis luminariibus fingunt homines: et patienter ferunt: quemadmodum iusti patienter debent ferre omnes etiam de se falsas criminationes. **H**oc ipsum quod iam dudum dixi: qui illa stella **M**ercurij est: et illa stella **S**aturni est: et illa stella **J**ovis est: conuicia fiunt stellis. **Q**uid ille: cum audiunt tanta conuicia: Numquid mouentur aut non exercent cursus suos? **S**ic et homo qui in natione peruersa et tortuosa habet verbum dei: sicut luminare est fulgens in seculo. **Q**uanta qui sibi videntur honorare solem de illo mentiuntur: qui dicunt chabustus est sol: mentiuntur de sole. **F**louit

sol dominū suum esse christuz & creatorem suū: & si indignari pōt acerbi⁹ indignat cōtra falso honorantē: q̄ cōtra cōtumeliosū: Seruo em̄ bono maior cōtumelia est iniuria domini. Quāta falsa de ipsis luminari-ribus quidā dicunt & ferunt: tolerāt & non mouentur. Quare? Quia in celo sunt. Ce-lum autē quid est: Ne hoc p̄mittamus: Quedam de luna mentiūtur hoies: q̄n vi-dent obscurari lunā: & dicūt malefici illam deponūt: cū certis temporibus defectū su-um habeat fm̄ dei dispositionē: non curat tamē ista verba hominū illa que in celo ē. Sed quid est in celo? In firmamento celi est. Cuius ergo cor in firmamento libri dei est: illa non curat. Nam celum intelligitur firmamentū: per figuraz liber legis. Ideo quodam loco dicitur. Extendit celū sicut pellem: si extendit sicut pellis: tanq̄ liber est extensus vt legatur. Transacto autē tem-pore quo legitur lex: propterea em̄ legitur lex: quia nondū venimus ad illā sapientiā que implet corda & mentes intuentū: & nō opus erit vt aliquid ibi nobis legatur: q̄a in eo quod nobis legitur syllabe sonant et transeūt: illa lux veritatis nō preterit: sed fixa permanens inebriat corda videntū: quomodo dictum est: Inebriabuntur ab ybertate domus tue: & torrente deliciarum tuarū potabis eos: quoniā apud te est do-mine fons vite. Et vide ipsuz fontē. In lu-mine inquit tuo videbim⁹ lumē. Modō ḡ lectio necessaria est: q̄ diu ex pte cognosci-mus & ex pte pphetam⁹: sicut dicit Ap̄lus: cū aut venit qd̄ pfectū ē auferet qd̄ ex pte est. Nō em̄ i illa ciuitate hierusalē vbi ange-li viuūt legem⁹: vñ nos mō pegrinamur: & pegrinatio nra gemit: gemit aut si scim⁹ qz pegrinamur. Nam odit valde patriā: qui putat sibi bene esse cū pegrinatur. Nunqd̄ in illa ciuitate vbi sunt angeli euangeliū le-gitur: aut Ap̄lus: Verbo dei pascunt: qd̄ verbum dei vt sonaret nobis ad t̄pus: ver-bū caro factū est & habitauit in nobis. Sz tñ ipsa lex que scripta est: firmamentū nob̄ est: ibi si sic cor nostrū: nō cōpellitur iniqui-tatibus hoim. Dicitū est ergo: Extendit celū sicut pellē. Cū aut transeunt t̄pa necessitatē librorū: quid dicitū est: Celū plicabit vt li-ber. Qui ḡ sursum hz cor: ipm̄ cor ipius lūi-nare ē: in celo fulget: nec vincitur tenebr̄: Infra em̄ sunt tenebre: tenebre aut iniqui-tas: nō incōmutabiles tenebre. Jam & be-sterio die cōmemorauimus: Sz qui hodie

tenebre sunt: si velint cras lux erunt: Qui tenebre huc ingressi sunt: si velint iā lux eē possunt. Aperte em̄ Ap̄lus ne q̄s putaret naturales esse iniquitates que mutari non pnt: Fuisistis em̄ inqt̄ aliqui tenebre: nūc au-tē lux in dño: sicut filij luci ambulate. Lux inquit in dño nō in vobis: Cor ḡ in libro: Si cor in libro: cor in firmamento celi. Si ibi est cor: inde lucet & nō mouebit iniqui-tatib⁹ subterpositis: nō qz in celo ibi est p-carnē: sed qz ibi est per cōuersionē: scdm̄ qd̄ dicitū est: Prostra aut puerfatio in celis est. Nō potes cogitare illā ciuitatē: qz non dū vides. Vis cogitare celū: Librū dei co-gita. Audi psalmū: Et in lege eius medita-bitur die ac nocte. Et ibi hic beat⁹ dicitur est: qui nō abiit in cōsilio impiorū: & in via peccatorū nō stetit: & in cathedra pestilen-tie nō sedit: sed in lege domini fuit volūtas eius. Vide luminare in celo: & in lege eius meditabitur die ac nocte. Vult patienter ferre omnia: nō descendat de celo: & in le-gē eius meditabitur die ac nocte. Ergo in celo cor eius. Si in celo cor ei⁹: omnes ini-quitates que fiunt in terra ad tempus: om-nes felicitates malorū hominū: omnes la-bores iustorū meditati die ac nocte legez dei nulla sunt: & patienter tolerat omnia: & erit beatus eruditus a deo. Et quomodo in firmamēto celi: Quia lex firmamentum est. Beatus vir quē tu erudieris domine: & de lege tua docueris eū: vt mitiges eū a dieb⁹ malignis donec fodiat peccatori fouea. Attendite ergo luminaria: quomō pcedunt & occidunt: & redeūt: agunt cur-sus suos: distinguūt diem & noctem: vol-uunt annos & tēpora: & tanta mala fiunt in terra illis quietē in celo habētibus. Quid est ergo quod docet nos deus: Jam atten-damus psalmū.

Expositio psalmi.

**D**eus vltionū dominus: de-  
us vltionū fidēter egit. Tu  
putas qz nō vindicat: Vindicat de-  
us vltionū. Quid ē de⁹ vltionū: Be⁹ vin-  
dictaz. In eo certe murmurat: qz nō vidi-  
cat in malos. Noli murmurare: ne inter il-  
los sis in quos vindicat. Facit ille furtum  
& viuit: tu murmurat aduersus deū: qz nō  
moritur qui tibi furtū fecit. Si iam nō facit  
furtum vide. Si em̄ iam nō facis: vide ne  
aliquādo fecisti. Si iam dies es: recale no-  
ctem tuā. Si in celo fixus es: recale terraz  
tuā: Inuenis te furez forte fuisse aliquādo

Alfa lfa.  
+ libere.

z aliquē aliū forte stomachatū: qz z tu fur-  
tū faciēs vixisti z nō es mortu<sup>9</sup>. Quō autē  
tu qñ faciebas: ideo vixisti vt postea nō fa-  
ceres: noli qz trāstisti velle misericordiam dei pō-  
tē subuertere. Nescis illic multos trāstiu-  
ros: qz z tu trāstisti. Etsi nō q murmurā-  
res: si aduersus te audiret q por de te mur-  
murauit: Et tñ z nūc optas vindictā dei in  
malos: qz fur nō morit: z murmurat aduer-  
sus deū: qz fur nō morit. Appēde in state-  
raleqtatis furē z blasphemū. Jam dicis qz  
fur nō es: sed murmurādo aduersus deū:  
blasphem<sup>9</sup> es. Ille captat sōnū hoīs vt ali-  
qd inuolet: z tu dicis qz dormit de<sup>9</sup> z hoīez  
nō videt. Ergo vis vt ille corrigat mansi:  
por tu linguā corripge. Vis vt ille corrigat  
cor aduersus hoīem: tu corripge cor aduer-  
sus deū: ne forte cū optas vindictaz dei: si  
venit te porē iueniat. Nā ille veniet z vi-  
dicabit pseuerātes in neqcia sua inqtos p-  
rogatiōi misericordie ipius: inqtos paciētie ipsi-  
us: thesaurizātes sibi irā in die ire: z reuela-  
tionis iusti iudicij dei: qui reddet vnicuiqz  
p̄m opa sua: quia de<sup>9</sup> vltionū dñs: de<sup>9</sup> vlti-  
onū ideo fident<sup>9</sup> egit. Nulli em̄ pepcit: qñ  
hic locut<sup>9</sup> est. Ipe dñs erat in carnis infir-  
mitate: sed in v̄tute sermōis nō accepit p̄so-  
nas principū iudeoz. Quāta in illos dicit  
z quō dictū est: Vere in fiducia: qz scriptū  
est i psalmis de illo: Prop̄t miserā inopū  
z gemitū paup̄ez nūc exurgam dicit dñs.  
Qui sunt paupes: Qui sūt inopes: Qui  
spem nō habēt nisi in illo solo: in quo solo  
spes nō fallit. Attēdite fratres q sunt pau-  
peres z inopes. Nō oīno paupes q nihil  
hnt vident<sup>9</sup> dici a scriptura: qñ laudāt pau-  
peres. Inuenis em̄ paup̄ē hoīem qñ patit  
aliquaz iuriā: nō attēdit nisi patronū suū:  
in cui<sup>9</sup> forte domo manet: cui<sup>9</sup> inq̄lin<sup>9</sup> est:  
cui<sup>9</sup> colon<sup>9</sup> est: cui<sup>9</sup> cliens ē: z iō se indigne  
pati: qz ad illū ptinet cor ipius in hoīe: spes  
ipius in hoīe: cinis in cinē. Sūt autē z alij:  
q opulēti sunt z honorib<sup>9</sup> p̄m t̄pus hūanis  
fulciunt: z tñ nec in pecunia sua spem po-  
nūt: nec in sūdis suis spes ponūt: nec in fa-  
milia sua spē ponūt: nec in claritate trāsito-  
rie dignitatis: s̄ totā spes in illo ponūt: cui  
nō succedit: qui mori nō pōt: q falli z fallē  
nō pōt. Tales z si multa vident<sup>9</sup> h̄re p̄m se-  
culū: bñ tñ ea gubernāt ad refectionē indi-  
gentiū: inter paupes dñi numerāt. Quidē  
em̄ piculose se viuē in hac vita: sentiunt se  
esse pegrinos: sic diuersant in opulētia di-  
nitariū suarū: quō viator in stabulo trāsitu

rus nō possessur<sup>9</sup>. Ergo quid dñs: Prop-  
ter miseriam inopū z gemitū pauperū nūc  
exurgā dicit dñs: ponā in saluari. Saluta-  
ris noster saluator noster est. In illo voluit  
ponere spem oīm inopū z gemituz. Et qd  
ait: Fiducialit agā in eo. Quid ē fiduciali-  
ter agā: Nō timebit: nō parcat vitijs z ocu-  
piscētijz hoīm. Vere medic<sup>9</sup> fidelis medi-  
cinali ferro sermonis instructus: secuit oīa  
vulnera. Iō qz talis p̄dictus z p̄nunciat<sup>9</sup>:  
talis etiā inuētus ē: Loq̄bat in mōte vbi di-  
xit: Bñ paupes spū: qñ ipoz ē regnū ce-  
loz. Ibi beati dicti sunt: q p̄secutionē pati-  
unt p̄pter iusticiā. In ipso sermone dixit:  
Quia ipoz est regnū celozū. Et vt faceret  
illos luminaria: id ē paciēter tolerātes oīa  
ista inq̄ que transeūt: Beati eritis inq̄t cū  
vos p̄secuti fuerint: z dixerint omne malū  
aduersum vos: gaudete z exultate qz mer-  
ces v̄ra magna ē in celis. Beinde in p̄gref-  
su sermonis cū docere inciperet: Quis euz  
turba circū daret: dixit talia discipulis suis:  
que ferirent faciē phariseozū z iudeoz: qā  
qñ p̄mat<sup>9</sup> habebāt exponēdarū sc̄pturaz:  
z oīm qui qñ sibi iusti videbant: vel videri  
se arbitrabant: z ad quozū p̄matū plebis  
obsequiū videbant obtēperare: nō pepcit:  
z dixit: Qñ oratis nō orētis sicut hypocri-  
te: qui amat in synagogis z angulis plate-  
arū stātes orare vt videāt ab hoībuz: z ce-  
tera talia. Letiguit hoīes: nō timuit aliq̄.  
Et cū terminasset ipsum sermonē: cōclūsit  
de illo scriptura euangelij sic. Factū est in-  
quit cū cōsummasset Iesus verba hec: ad-  
mirabantur turbe sup doctrina eius. Erat  
em̄ docens eos tanq̄ p̄tātes habēs: nō qñ  
si scribe eozū z pharisei. Quāta q̄ ille de q̄  
dictū est: erat docēs eos tanq̄ p̄tātes hñs  
quāta dixit: Te vobis scribe z pharisei by-  
pocrite: q̄nta in illos corā in faciē: neminē  
timuit. Quare: Quia de<sup>9</sup> vltionū est: ideo  
nō parcebat in v̄bo: vt essent postea quib<sup>9</sup>  
parceret in iudicio: quia si nolent accipere  
verbi medicinā: incurfuri erāt vitijs z inuē-  
turi iudicis sententiā. Quare: Quia dixit  
deus vltionum dominus: deus vltionum  
fident<sup>9</sup> egit: id est nulli pepercit in verbo.  
Qui in verbo nō pepercit passurus: par-  
cet in sententia iudicatur<sup>9</sup>. Qui neminem  
timuit in humilitate: timebit quēquam in  
claritate: Ex eo quod iam fident<sup>9</sup> egit: co-  
gita quomodo sit actur<sup>9</sup> in fine seculi. Nō  
li ergo murmurare aduersus teuz: qui qua-  
si parcat malis: sed esto bonus cui forte ad

tempus in flagello non parcat: et in fine parcat in iudicio. **De** ultionum dominus: de ultionum fidenter egit. **Et** quia fidenter egit: illi non tulerunt fiduciam eius. **Et** quia humilis venerat: et carne mortali indutus erat: et mori venerat non facere quod peccatores: sed pati quod peccatores: quia propterea venerat cum fidenter egisset: et illi ferre non possent fiduciam eius in verbo quod fecerunt. **Tenuerunt**: flagellauerunt: illuserunt: colaphizauerunt: sputis illinierunt: spinis coronauerunt: in cruce leuauerunt: postremo occiderunt. **Sed** quod sequitur quod fidenter egerit: **Exaltare qui iudicas terram**: Quia tenuerunt humile: tenebunt excelsum. **Putat** quia iudicauerunt mortalem: nonne ab immortalis iudicabunt. **Quid** ergo ait: **Exaltare** tu qui fidenter egisti: et fiduciam verbi tui non sunt passi iniqui: et putauerunt se aliquid egisse: quia te comprehentes crucifixerunt: qui te deberent fide comprehendere comprehenderunt persecutione. **Tu** ergo qui fidenter egisti inter iniquos: et ne mines timuisti: et quia passus es exaltare: id est exurge vade in celum: patiamur et ecclesia patienter quod passus est caput ecclesie patienter. **Et exaltare qui iudicas terram**. **Reddere retributionem superbis**. **Redditur** est frater. **Quid** est enim quod dictum est: **Exaltare** qui iudicas terram: redde retributionem superbis: **Propheta** est predicantis: non audacia iubentis. **Non** enim quia dixit propheta: **Exaltare** qui iudicas terram: obtinuerat propheta christus ut resurgeret et iret in celum: sed quia hoc factus erat christus: hoc predicavit propheta. **Non** ideo fecit quia propheta predicauerat: sed ideo propheta predicauerat: quia ille factus erat. **Videt** humile christus in spiritu: videt humile neminem timere: nulli parcentem in verbo: et dicit fidenter egit: videt illum quia fidenter egit: videt illum comprehensum: videt illum crucifixum: videt illum humiliatum: videt illum resurgentem et euntem in celum: et venturum inde ad iudicium eorum inter quorum manus passus est omnia mala: **Exaltare** inquit qui iudicas terram: redde retributionem superbis. **Superbis** reddet non humilibus. **Qui** sunt superbi: **Quibus** parum est quod mala faciunt: sed et defendere peccata sua volunt. **Itaque** de his qui crucifixerunt christum facta sunt postea miracula: quoniam de ipso numero iudeorum creditur: et donatus est illis sanguis christi. **Impias** manus et cruetas de sanguine christi portabunt: lauit eos ipse cuius sanguinem fuderunt: adiuncti sunt corpori ipsius: id est ecclesie qui corpus eius mortale quod viderat persecuti sunt:

fuderunt precium suum ut biberent precium suum. **Itaque** postea plures conuersi sunt: cum multa miracula fierent ab apostolis. **Alique** hominum multa vna die crediderunt: et in proximo inuenti sunt: ut omnia sua quae habebant venderent: et precium rerum suarum ad pedes apostolorum ponerent: et erat illis vna anima: et cor vnum in deum: de ipsis crucifixoribus dominus. **Sed** quare illis non redditum est: **Quia** redde retributionem superbis dictum est: illi autem noluerunt esse superbi. **Item** cum viderent multa miracula fieri pro nomine christi quae se putabant interfecisse: commoti miraculis audierunt a Petro in cuius nomine illa fierent. **Non** enim sibi arrogare serui voluerunt potentiam dominus sui: ut dicerent a se factum esse quod ille in ipsis faciebat. **Honorem** ergo serui dederunt domino suo: dixerunt: quia quae illi mirabantur in nomine eius fierent quae illi crucifixerunt et facti sunt humiles: comprehensi sunt corde: turbati sunt conscientes peccatum suum: et consilium quaesierunt dicentes: **Quid** ergo faciemus? **Non** desperat de salute: sed querunt medicinam. **Tunc** ait illis **Petrus**: **Agite** penitentiam et baptizetur vnusquisque vestrum in nomine domini Iesu christi. **Qui** egerunt penitentiam humiles fuerunt. **Non** ergo illis redditum est: quia vide quid dicat psalmus iste: **Exaltare** qui iudicas terram: redde retributionem superbis. **Ab** illo numero ergo excepti erant illi: in illis valuit vox illa domini in cruce pendens: et dicentis: **Pater** ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. **Exaltare** qui iudicas terram: redde retributionem superbis. **Ergo** redditur est retributionem: **Redditur** est: sed superbis. **Sed** quoniam: **Quis** reddet. **Iterum** mali triumphant: et exultant mali: et blasphemant mali: omnia mala faciunt: mouet te cum pietate quare: non cum superbia reprehende: mouet te: **comparat** tibi et psalmus: **querit** tecum si quia nescit: sed ideo tecum querit quod scit: ut in illo inuenias quod nesciebas. **Quo** quod vult aliquem consolari: nisi adoleat cum illo: non illum erigit: prius cum illo dolet: et sic est reficit sermone consolatorio. **Si** autem intret ad illum ridens luctum eius: non facit quod modo lectum est: dicente apostolo: **Gaudere** cum gaudentibus: flere cum flentibus. **Ergo** ut gaudeat tecum prius fles cum illo: contristaris cum illo ut reficias eum: sic et psalmus et spiritus dei utique omnia sciens querit tecum: quasi verba tua dicit. **Usque** quo peccatores domine: usque quo peccatores gloriabuntur: **Respondent** et loquentur iniquitate: loquentur omnes qui operantur iniustitiam. **Quid** loquentur: nisi contra

Alia lra.  
+ Effabuntur.

deus qui dicit: quid nobis prodest quod sic vivimus: Quid dicturus es: Tere curat ista que facimus deus. Quia enim vivit putat deum nescire quod faciunt. Vide quod mali illis contingat: quod si stationarius sciret teneret illos: et ideo vitat oculos stationarii ne statim teneatur. Oculos enim dei vitare nemo potest: quod non solum in cubiculo vident: sed et intima cordis tui. Cogitat et ipsi quod nihil potest latere deum: et quod faciunt et sciunt quod fecerunt: et vident se vivere sciente deo: quod non viveret sciente stationario dicit sibi ista placet deo. Et revera si illi displicerent facta nostra: quod displicet iudicibus: quod displicet regibus: quod displicet commentariis: nunquid quod illorum oculos vitamus: vitare possumus oculos dei? Ergo placet ista deo. Ideo in alio psalmo peccatori dicit: **Hec fecisti et tacui: suspicatus es iniquitatem quod ero tibi similis. Quid est ergo: ero tibi similis? Ut quod placet tibi factum tuum malum: sic putes quod et mihi placet. Et minatur in posterum: argua te. Ergo non tacet qui dixit: tacui: cum dicit: **Hec fecisti et tacui suspicatus es iniquitatem quod ero tibi similis: et non tacuit. Cum enim nos loquimur: ille si tacet. Cum enim lector legit: ille non tacet: cum psalmus ista cantat: ille non tacet: et iste omnes voces dei per orbem terrarum fiunt. Quomodo ergo tacet: quomodo non tacet: Non tacet in verbo: tacet in vindicta. Quid est ergo: hec fecisti: et tacui: **Hec fecisti et non vindicavi. Suspicatus es iniquitatem quod ero tibi similis. De ipsa vindicta et taciturnitate: id est de cessatione vindicte: alio loco dicit: **Tacui: nunquid semper tacebo? Usquequo domine peccatores: usquequo peccatores gloriabuntur? Respondet et loquens iniquitatem: iniquitatem loquens omnes qui operantur iniustitiam: et dicit omnia opera. Respondent et loquens iniquitatem. Quid est respondet: Contra iustum habet quod respondeat. Venit iustus alius et dicit: **Noli facere iniquitatem. Quare? Ne moriar. Ecce feci iniquitatem: quare non morior? Ille fecit iustitiam et mortuus est. Quare mortuus est? Ego feci iniquitatem: quare me non abstulit deus? Ecce ille fecit iustitiam: et quare sic in illu vindicavit. Quare ille sic laborat? Respondet: hoc est respondet quod habet quod dicant: quod parcitur illis de patientia dei: inveniunt argumentum responsionis sue: parcat ille propter aliud respondet illi: propter aliud quod vivunt. Quare enim parcat ille: dicit **Applius: exponit consilium patientie dei. Exstimas************

inquit qui talia agis quod tu effugies iudicium dei: **An diuitias benignitatis et longanimitatis eius contemnis? Ignoras quod patientia dei ad penitentiam te adducit? Tu autem: id est ille qui respondet et dicit: si displicere deo non mihi parceret deus: vide quod sibi faciet: audi **Applius: Tu autem super duriciam cordis tui et cor impenitens: thesaurizas tibi iram in die ire et revelationis iusti iudicii dei: qui reddet unicuique secundum opera sua. Ille ergo auget longanimitatem: et tu auges iniquitatem. Erunt illius thesauri in sempiternum: misericordia in eos qui non contempserunt misericordiam. Tu autem thesaurus in ira inuenies: et quod ponis quotidie pro modicum: postea massam inuenietur es. **Adnuatim ponas: sed cumulatum inuenies. Noli attendere minuta peccata tua quotidiana: de minutissimis guttis flumina implentur. Quid autem illi faciunt quod respondet et loquens iniquitatem: quod faciunt et parcitur eis? **Populum tuum domine humiliaverunt: Id est omnes qui iuste vivunt: in quos volunt superbire omnes mali. Populum tuum domine humiliaverunt. Et hereditatem tuam veraverunt. **Vidua et pupillos interfecerunt: et profelium occiderunt. Id est peregrinus: advenia: adventiciu ipsum dicit profelium. **Manifesta sunt ista singula: nec opus est in his imorari. **Et dixerunt non videbit dominus: Non attendit ista: negligit ista: alias res curat: non intelligit. De enim due voces sunt: voces malorum. Una quam iam dixi: **Hec fecisti et tacui: suspicatus es iniquitatem quod ero tibi similis. Quid est quod ero tibi similis? Putas quia video peccata tua: et placent mihi: quod non vindico: **Alia est vox iniquorum: quod nec attendit ista deus: nec advertit ut sciat quemadmodum vivam: non me curat deus. Ergo inter aliqua me computat deus: aut vere me numerat deus: aut ipsos boves numerat? **Infelix homo ut esses curavit: ut bene vivas non curat. Istorum ergo ista vox est. **Et dixerunt: non videbit dominus. **Neque intelliget deus? **Jacob. **Intelligite nunc qui insipientes estis in populo: et stulti aliqui sapite. **Populum suum erudit cui possunt commoveri pedes. Quoniam felicitates iniquorum videt homo: iam bene vivens in numero sanctorum dei: id est in numero filiorum ecclesie: videt quod florēt mali: et faciunt iniquitatem: et emulatur eos: et adducit ut imitetur facta ipsorum: quia videt quasi nihil sibi prodesse quod bene vivat humilis hic sperans mercedem: **Nam si illam speret futuram: non illam********************************

Alia fra. t advenia t pupillo

Alia fra. t Nec. t no hab

pdet: qz nondū venit tps vt accipiat eas.  
**In vinea oparis: fac opus tuū: z accipies**  
**mercedē tuā.** Apřefamilias non exigeres  
 añq̄ oparēris: z a deo exigis añq̄ oparis.  
**Et ista tolerātia ad opus tuū ptinet: z hoc**  
**ad mercedē ptinet.** Minus vis facere i vi  
 nea: q̄ non vis tolerare: qz z ipa tolerantia  
 ad ipam opationē ptinet: vt inuenias mer  
 cedem. Qd si dolosus es: vide ne nō solū  
 nō accipias mercedē: s̄ z penaz inuenias:  
 qz voluisti esse oparius dolosus. Et quidē  
 oparius dolosus: vt incipiat nō bñ facere:  
 oculos patřifamilias attēdit: ad illū aspi  
 cit qui pduxit ad vineā: vt cū ille auerterit  
 oculos: cesset z nō bñ opef: cū aut ille puer  
 terit oculos: bñ opef. **Deus aut q̄ te cōdu**  
**xit nō auertit oculos: non tibi licet dolose**  
**opari: super te sp sunt oculi přifamilias:**  
**quere vbi illū fallas: z cessa si potes.** Ergo  
 si q̄ forte aliqd cogitabatis: qñ videbatis  
 malos florere: z cogitationēs vře faciebant  
 nutare pedes vřos in via dei: vobis loq̄  
 tur psalmus iste. Si aut null⁹ vřm tal⁹ est:  
 p vos alijs loquit dicens. **Intelligite nūc:**  
**qz dixerūt illi: Non videbit dñs nec intel**  
**liget deus Jacob.** **Intelligite inqt nūc q̄ i**  
**sipientes estis in pplo: z stulti aliqn sapite.**  
**Qui plantauit aures nō audiet:**  
**Nō h̄z vnde audiat: qui tibi fecit vñ audis**  
**as: Qui plātauit aurē nō audiet.** **Aut q̄**  
**finxit oculū non cōsiderat: Qui**  
**erudit gentes non arguet:** Attendi  
 te s̄ magnopē sres mei: **Qui erudit gētes**  
**nō arguet: Hoc mō facit de⁹: Erudit gen**  
**tes: ideo misit vbum suū p orbē terraz ho**  
**mib⁹: Misit p angelos: p pñarchas: p p**  
**phetas: p suos suos: p tot pcones: antece**  
**dentes iudicē. Misit z ipse vbum suū: mi**  
**sit z ipm filiū suū: misit suos filij sui: et i ip**  
**sis suis filium suū. Per totū orbē terraz**  
**predicat vbiq̄ vbum dei. Ubi nō dī ho**  
**ibus: Relinq̄te iniq̄tates vřas pōres: con**  
**uertite vos ad itinera recta: Ideo p̄cit: vt**  
**vos corrigatis: ideo heri non vindicauit:**  
**vt hodie bñ viuatis. Erudit gētes: nō er**  
**go arguet: Nō auditurus ē q̄s erudit: Nō**  
**iudicaturus ē quibus s̄monē p̄misit z p̄se**  
**minauit. In schola si esses accipes: z non**  
**redderes: Utiq̄ qñ accipis a mḡro: erudi**  
**ris. Cōmittit tibi mḡr qd̄ p̄bet: z nō exigit**  
**qñ reddis: Aut cū cepis reddere: sine me**  
**tu eris plagarū: Nō q̄ accipimus: postea**  
**statuimur añ mḡrū vt reddam⁹ oēs p̄teri**  
**tas nřas: id est vt rationē reddam⁹ de his**

omib⁹ q̄ nobis mō erogant. **Audi aplūm**  
**dicentē: Oēs astabim⁹ ante tribunal chri**  
**sti: vt illic recipiat vnusq̄sq̄ s̄m ea q̄ p cor**  
**pus gessit: siue bonū siue malū. Qui eru**  
**dit gētes nō arguet: Qui docet hoies**  
**sciās. Ipe non scit: qui te fecit scire: Qui**  
**docet hoiem sciām. Dñs scit cogita**  
**tionēs hoim: qñ vane sunt. Nā tu**  
**nescis cogitationēs dei: qñ iuste sunt: ille**  
**scit cogitationēs hoim: qñ vane sunt. Et**  
**hoies scierunt cogitationēs dei: s̄ q̄bus ias**  
**amicus fact⁹ ē: p̄dit p̄siliū suū. Et vos fra**  
**tres mei nolite vos contemnere: si cuz fide**  
**acceditis ad dñm: auditis cogitationēs dei.**  
**Eas mō discatis: hoc vobis dī: z ad hoc i**  
**struimī. Quare p̄cat mō de⁹ mal⁹: ne mur**  
**muretis aduersus deū: qui docet hominē**  
**sciām. Dñs scit cogitationēs hoim: qñ va**  
**ne sūt. Relinq̄te q̄ cogitationēs hoim: qñ**  
**vane sunt: vt cōphēdatis cogitationēs dei**  
**q̄ sapientes sunt. Sed q̄s est q̄ cōphēdit**  
**cogitationēs dei: Qui ponit in firmamēto**  
**celi. Jam h̄ cātaim⁹: iā h̄ dixim⁹ z expo**  
**sūim⁹. Beatus vir quē tu erudie**  
**ris dñe: z ex lege tua docueris eū.**  
**Et mitiges eū a dieb⁹ malignis**  
**donec fodiat peccatori fouea. Ecce**  
**habes p̄siliū dei q̄re p̄cat mal⁹: dōec fodiat**  
**fouea pctōri: Tu iam vis illū sepelire: ad**  
**huc fouea illi fodit: noli festinare sepelire.**  
**Quid ē: donec fodiat pctōri fouea: Aut**  
**quem ponit pctōrem: Anū hoiem: Non.**  
**Quid q̄: Oē gen⁹ hoim pctōz: scz z sup**  
**boz. Jam enī p̄misit: Redde retributionēz**  
**supbis. Nam z ille pctōz fuit publicanus:**  
**q̄ oculos eliserat in terrā: z p̄cutiebat pct⁹**  
**sūū dicens: Be⁹ ppitius esto mihi pctōri.**  
**Sed qz non supbus erat: deus aut reddet**  
**retributionē supbis: nō illi: sed talib⁹ fodiat**  
**tur fouea donec reddat retributionem sup**  
**bis. Ergo qd̄ ait: Donec fodiat peccatori**  
**fouea: supbos intellige. Quis est supbus:**  
**Qui i p̄fessione pctōz nō agit p̄nias: vt sa**  
**nari p̄ humilitatē possit. Quis est supbus:**  
**Qui illa ipa parca q̄ videt h̄re bona: sibi**  
**vult arrogare: z p̄rogat misericōdie dei. Quis**  
**est supbus: Qui etiā si deo tribuat bona q̄**  
**fecit: insultat tñ his qui illa nō faciūt: et ex**  
**tollit se super illos. Nam z ille phariseus:**  
**Grās tibi ago inqt: Non dixit: ego facio:**  
**de his q̄ faciebat grās deo agebat. Sētie**  
**bat q̄ z bñ se facere: z ab illo se facere: Uñ**  
**q̄ improbat⁹ est: Quia insultabat publica**  
**no. Et p̄ficiamini attēdite: Primo p̄cede**

Alla fra  
 thomo  
 Alla fra  
 timalis

Alla fra  
 tcorripit



re debz: siue viz: siue feminā p̄fessio pecca-  
torum: salubris p̄nā que valeat ad corri-  
gendū hoīem: non ad uridendū deū. Cū  
aut post p̄nā b̄n̄ viuere cepit: h̄z adhuc  
q̄d cogitet: ne sibi tribuat q̄d b̄n̄ facit: s̄ illi  
agat gr̄as: cuius gr̄a factum est vt b̄n̄ viue-  
ret: qz ille illum vocauit: ille illū illumina-  
uit. Ergo iste iam p̄fectus est: Non adhuc  
deest illi aliqd: Quid illi deest: Et nō sup-  
biat sup eos: qui necdū sic viuūt quō ipse  
viuit. Qui tal fuerit securus sit: nō illi red-  
ditur retributio: de qua dictū est: Redde  
retributionē supbis. Nō est inter illos qui-  
bus fodit fouea. Nam videte illū qui dice-  
bat: Gr̄as tibi ago: qz non sum sicut ceteri  
hoīes: iniusti: raptores: adulteri: sic et pu-  
blicanus iste. Quantū se extulit cuz dicit:  
quia non sum sicut z publicanus iste: Ille  
aut elisa facie: pcutiebat pectus suū dicēs:  
Deus p̄pitius esto mihi peccatori. Ille su-  
perbus erat in bonis factis: ille humilis in  
mal factis. Videte fratres magis placuit  
deo humilitas in mal factis: q̄ supbia i bo-  
nis factis. Sic odit de⁹ supbos: z iō sic cō-  
cludit: Amen dico vobis: descēdit iustifi-  
catus publicanus magis q̄ phariseus. Et  
dicit q̄re: Quia omīs q̄ se exaltat humili-  
bitur: z q̄ se humiliat exaltabit. Fr̄es mei:  
vt h̄c nō solū nō discam⁹: qz h̄militatē nos  
docuit christus: qz deus fact⁹ est hō: ipse  
est h̄militas q̄ displicet paganis: vñ nob in-  
sultant: qualem deū colitis q̄ nat⁹ ē: Qua-  
lem deū colitis q̄ crucifixus ē: Humilitas  
christi supbis displicet: tibi aut christiano  
si placet imitare. Si imitat⁹ fueris: nō labo-  
rabis: quia ip̄e dixit: Venite ad me oēs q̄  
laboratis z onerati estis: z discite a me: qz  
mitis sum z humil corde. Hec est q̄ disci-  
plina christiana. Nemo facit aliqd b̄n̄: nisi  
gr̄a ip̄i. Qd̄ facit hō male: ip̄ius est hoīs:  
qd̄ facit b̄n̄ de b̄nficio dei facit. Cum cepit  
facere b̄n̄: nō sibi tribuat: cū nō sibi tribue-  
rit: gr̄as agat ei a quo accepit. Cum autez  
b̄n̄ facit: nō insultet illi q̄ illd̄ non facit: aut  
extollat se sup eū. Nō enī i illo finita ē gr̄a  
dei: vt ad alium non pueniat. Et mitiges  
eū a dieb⁹ malignis: donec fodiat pecca-  
tori fouea. Mitis q̄ esto quisq̄s christian⁹  
es a dieb⁹ malignis. Maligni enī sunt di-  
es q̄bus vident florere pctōres: z labora-  
re iusti: sed labor iustorū: flagellū est p̄ris:  
z felicitas pctōz: fouea ip̄oz est. Quia enī  
